

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Hyemalis - A Dominica I. Adventus Domini nostri usque ad
Dominicam Septuagesimæ

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Non quia mala sunt, perturbamur in adversis: sed quia perturbamur,
adversa mala sunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44194

Cant. 1.

panem meum, & bibite viuum quod misericordia vestrae. Hi sunt inter amicos charissimi qui inebriantur; Comedite, inquit, amici, & bibite: & inebriamini charissimi, id est replemini tantum gratiarum abundantiam, ut non jam homines, non ratione humana moveamini: sed toti coelestes, & divini evadatis. Hoc est enim singulare beneficium sacrae Communionis, ad quam acceditur cum ueste nuptiali, id est, cum sibi convenienter dispositione: ita replet anitum divinis infusionibus, ut totus absorptus, & inebriatus sentiat. Amici quidem sunt qui in caritate communicant, & hi quidem comedunt & bibunt; sed qui ad caritatem addunt purorem illum & perfectiorem modum, qui suo statui, & praesenti gratiae convenit, hi sunt

charissimi, & praeter communem Communio-nis fructum, tam multos alios referunt, ut una communione plus aliquando proficiant, quam alii pluribus.

O dulcissime Domine Iesu quanta est dulcedo devota anima tecum epulantis in convivio tuo. Vide libri quarti de Imitatione Christi caput undecimum; & sic deplora tot gratiarum facturas quas fecisti, ut ad eas reparandas novo accendari desiderio, non aliud deinceps communicandi, quam cum debita, & convenienti dispositione animi, quantum cum divina gratia, & Directoris opera procurare possis. Dilata os ps. 80. tuum & implebit illud.

Vide Verbo Communio, Eucharistia praefer-tim in 3. parte.

DOMINICA QVARTA POST EPIPHANIAM, NISI SIT SEPTUAGESIMA.

DE SEDATA MARIS TEMPESTATE IMPERIO CHRISTI.

Quid timidi estis, modica fidei? Matth. 8.

VERITAS PRACTICA.

Non quia mala sunt, perturbamur in adversis: sed quia perturbamur, adversa mala sunt.

RATIO EST, Quia totum adversitatem malum, in malo est Iesus Christus. Sed malus adversus ait Iesus experturbatione potius provenit, quam ex malo Iesu, perturbatio. Ergo non quia mala sunt, perturbamur, in adversis: sed quia per turbamur, adversa mala sunt: ac proinde magis carendum est perturbari in adversis, quam ipsa querens subire aduersa.

I. PUNCTUM.

A SCENDENTE Iesu in naviculam secuti sunt discipuli eius: & ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus, ipse vero dormiebat. Et accesserunt ad eum Discipuli eius, & fasciaverunt eum, dicentes: Domine, salvanos, pernos. Et dicit eis Iesus, Quid timidi estis, mo-

dice fidei? Tunc surgens imperavit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt dicentes: qualis est hic, quia venit, & mare obediunt ei?

Hæc hodierni Evangelii verba, que alibi rursum considerantur, sic revolve: ut animadveretas primum, quantæ molestiarum moles, quanti calamitatum fluctus, & procellæ nos agitant in hac vita. Deinde quiam parum constantes, in his simus, licet non ignoremus nihil nisi Deo volente nobis accidere, nihilque ex praesente, & adjuvante posse esse, si velimus, boni emulatores esse, sicut ait S. Petrus, id est bene in 3 part. uti occasione. Denique nostram animi perturbationem & impatientiam in adversis, majus esse malum, quam ipsa querens adversa: Nam nisi perturbaremur, mala non essent; quidquid enim dicamus ad excusandas perturbationes nostras, quidquid contra sentiamus, certa est Veritas, & digna quæ sapere colatur, Non quia mala sunt perturbamur in adversis; sed quia perturbamur, adversa mala sunt.

Ratio, quæ proponitur, continet universale illud principium, de quo fuisse in aliis Veritatis

Y 3

1. Petr. 3.



tibus explanandis; Quod scilicet in creatis rebus nihil boni vel mali propriè dicendum sit, nisi bonus vel malus earum usus: Non prosperitas non divitiae, non deliciae, non humana gloria, non quævis alia hujus viræ commoda, verè bona sunt, nisi bene iis utaris: sicut neque paupertas, nec calumnia, neque morbi, iactura aut alia quæcumque adversa incident, censenda mala sunt, nisi tu, male utendo, mala facias. Hoc omnia sanctis in bona, inquit Sapiens, sic & impiis & peccatoribus in mala convertentur.

Unum est verè bonum. Deus, & æterna Beatus, cui possidenda creati sumus: cetera super terram sita, tam verè bona vel mala sunt, quam nos verè ad illum nostrum suum ducunt, vel inde abducunt.

Gop. 2. Hinc illa fatalis arbor dicta est scientia boni & mali, quod per eius usum primus homo dici posset, quid boni vel mali esset in rebus propter videlicet bene vel male homines uerentur ad finem suum. Quid sacratus illo sacro Pane quem Judas proditor accepit à Christo Domino. Et tamen cum illum accepisset, tum iniuricus in eum intravit, Non quia malum accepit, inquit sanctus Augustinus, sed quia bonus male, malus accepit. NON res calamitatem in Iohann. 12. aiebat cibro S. Chrysostomus, sed nos & nostrum corporem; Neque dicamus, non sunt mulieris, non sit vinum, pecunia: sed ne sit crux pulca, ne sit fornicatio; Non venter crapulam facit, sed negligientia; non comedit & bibit Diabolus, & cecidit; comedit & bibit Paulus, & in cœlum ase uult, omnia sunt ad virtutem armam: vide Job in divitias & paupertate; Et quæ fuisus pergit; Brevius autem Apostolus, omnia mundi mundis, coquuntur auctem nihil est mundum, sed inquinata sunt eorum & mens, & conscientia.

Tracc. 26. Atque ut uno iectu oculi videoas, quod longiori disculpi explicari non potest; intuere cœlum, & cum Iohanne Apostolo, certe Beatos omnes ut palmas in manibus habent; quamobrem putas? nisi quia dum viverent pugnarunt cum adversis rebus, vicecent & triumphant. At vero in infernum retrorsum oculos, & infelices illos vide, qui gemunt se lassatos in via iniuriantis & perditionis, nec non ambulasse vias difficultates, Id est, non minus esse passos, quam illos qui palmas habent; cui ergo hi non triumphant sicut illi? quia videlicet non sic vicebunt, non sic pugnarunt, non eodem modo adversis usi sunt, ac proinde quæ res adversa uni

Apos. 7. **Sag. 5.** SED mali adversitatis usus, ex perturbatione potius provenit, quam ex malo usus, perturbatio.

Hom. 15. Poëtes quidem dolere & angri quod malè uerba utaris, aque in illo dolore non nihil perturbari: sed de hac perturbatione non agitur, quæ rara est, & quæ facile componi potest. Alia est frequentissima, quæ statim atque sentitur aut apparet aduersitas, ita comarioenit & perturbatur ut ex illa perturbatione animus in impatiencia, in murmur, inclamores, & alios inordinatos motus efficerat: unde est illa mali adversitatis usus, de quo hic loquimus. Quid perdis anima tuā in furore tuo? Repondebis foris quod id cuicunque perturberis quia mala illa sunt quæ occurrit, quæq; adversantur; neque aditer perturbationē concubari, quæ ex apprehensione mali, quod naturali motu timemus, odimus, fugimus, & aversamur. Sed contra, non propriea, res mala est, quod eam ita mente apprehendas, & pessime enim fallitur talis apprehensio, & illud nobis: unde & timor nocturnus dicitur, Non timebis à timore nocturno. Id est, ut interpretatur Cardinalis Bellarmine ex sancto Joanne Chrysostomo, In nocte adversitatis non timebis ab his rebus, quae non ludunt si non timeantur: talia sunt distractio-nes, covitiae, conuictus & qua vocent illi à quo dicuntur, non illi in quem dicuntur, nisi ipse timendo, & eas magni faciendo, seipsum ladan.

Deinde, esto sint mala sensibus, sit res mala naturæ corruptæ, & præsenti quam agimus vitæ si tamè proficit Deo colendo, si ad æternam iuvat beatitudinem, si sine nostro affreundo confert, an vocabis illud malum? Ad dicenda est mala medicina, quæ licet amara sit, sanitatem assertat? An ille labor malus, quo divitiae comparantur? An omnia denique mala, quæ sunt dura, & aspera, sine quibus tamen bona alia non proveniunt?

O quantam injuriam rebus infers, & rerum Creatori, cum de illis conquereris, quasi malæ essent & perverse! Quam verè potius de te querentur, quod cum bonæ essent, tu male aut perperam eas usurpando, malas fecisti; Arma Ibid. bit idcirco Deus creaturem ad ultionem inimicorum.

II. PUNCTUM.

SED mali adversitatis usus, ex perturbatione potius provenit, quam ex malo usus, perturbatio.

Poëtes quidem dolere & angri quod malè uerba utaris, aque in illo dolore non nihil perturbari: sed de hac perturbatione non agitur, quæ rara est, & quæ facile componi potest. Alia est frequentissima, quæ statim atque sentitur aut apparet aduersitas, ita comarioenit & perturbatur ut ex illa perturbatione animus in impatiencia, in murmur, inclamores, & alios inordinatos motus efficerat: unde est illa mali adversitatis usus, de quo hic loquimus. Quid perdis anima tuā in furore tuo? Repondebis foris quod id cuicunque perturberis quia mala illa sunt quæ occurrit, quæq; adversantur; neque aditer perturbationē concubari, quæ ex apprehensione mali, quod naturali motu timemus, odimus, fugimus, & aversamur. Sed contra, non propriea, res mala est, quod eam ita mente apprehendas, & pessime enim fallitur talis apprehensio, & illud nobis: unde & timor nocturnus dicitur, Non timebis à timore nocturno. Id est, ut interpretatur Cardinalis Bellarmine ex sancto Joanne Chrysostomo, In nocte adversitatis non timebis ab his rebus, quae non ludunt si non timeantur: talia sunt distractio-nes, covitiae, conuictus & qua vocent illi à quo dicuntur, non illi in quem dicuntur, nisi ipse timendo, & eas magni faciendo, seipsum ladan.

Hibr. 12, veniunt? Sic omnis disciplina, inquit Apostolus, in presenti quidem videtur non esse gaudi; sed mæroris: postea autem fructum pacissimum exercitatis per eam reddet iustitia: propter quod rannissimæ manus, & solua genua erigite, & gressus rebus facite pedibus uebris, ut non claudicans quis erreret, magis autem sanetur. Quasi diceret, non est judicium de referendum ex sensu, sed ex frumento quem oportet ad finem nostrum; ac proinde licet res illa videatur mala sensu, proprieceaque contubescit, non est tamen revera mala, antequam conturberis, quia nisi concurbaris esses, poterat valde tibi proficere: cum vero te simis perturbari, & perturbatus murmuras, ac murmurando peccas, tum vere malares illa sit; quia hoc est vere malum, murmurare & peccare. Scito & vide quia malum & amarum est, reliquise te Dominum Deum tuum, & non essem timorem mei, apud te, dicit Dominus.

III. P U N C T U M.

Non ergo quia mala sunt, perturbamur in adversis; sed quia perturbamur, adversa mala sunt. Non enim vera mala sunt, nisi quando his male utimur, non male utimur nisi perturbati. Nam tum amaræ voces, iræ, murmura, iuxæ, blasphemie, & similia, quæ longe nos à vero bono, & nostro fine revocant; ac proinde tamen verè mala sunt, quia bona esse poterant, si bene usi essent: quod facile fieri poterat, si animo quieto & sedato, calicem à Domini manu accepsses. Quid enim ad illâ manu potest non esse bonum? Perennit, & manus eius permanebunt, quasi dicereatur, si Deus unam habet manum ut perenniat, duas habet ut laneti, id est duplex bonum ex adversis. Nam sic præterita eliduntur peccata, & futura præcaventur. *Castiga me, & eruditus sum quasi juvenculus indomitus*, ait Propheta.

Sic erudire castigatus, cave perturberis. *No formides à facie eorum. Non turbesur cor tuum neque formidet*. Dilice ex cunctis occurrentibus semper proficere, & bene omnibus uti. Audi Philosophum de suo Sapiente hæc differentem. *Sapienti non nocte à paupertate, non à dolore, non ab aliis tempestatibus vita. Ipse semper in aeternum effectus tunc maximus, et illi se fortuna opposuit*; *Ad utrosque casus aptus est*; *Bono-*

rum Rector est, majorum Vicitor. Sic se exercuit, nec virtutem tam in secundis, quam in adversis exhibebat, nec materiam eius, sed psam intueretur. Itaque nec paupertas illum, nec dolor, nec quidquid aliud imperitos avertit; & præcipites agit, prohibet. Tu illum premi putas melius, utitur. Non ex ebore, tantum Phidias sciebat facere simulachra, faciebat ex are: si armor illi, si adhuc viliorem materiam obliuisses, fecisset quale e illa fieri optimum, posset; Sic Sapiens virtutem, si libebit, in divinitus explicabit, si minus in paupertate. Si poterit, in patria: si minus, in exilio; si poterit, imperator: si minus, miles: si poterit, integer: si minus, debilis: quamcumque fortunam acoperit, aliquid ex illa menorabile efficiet. Certi sunt dominiores ferarum, qui savissima animalia, & ad occursum exterrentia hominem, cogant pati sub jugum, nec asperitatem excusisse contenti, usque in contubernium mitigant: Leonibus Magister manum inferdat, oscularur Tigridi sumi Casteros, & Elephantem Archiops jubet subcidere in genua, ambulare per funem. Sic Sapiens est artifex domini mali: dolor, egestas, ignominia, carcer, exilium, ubique horrenda, cum ad hunc perveneret, misera sunt.

Quid hic dices Christiane, quid Religiose perterrite in adversis? Esto hæc forte facilis scribantur de Stoico, quam ab eo sicut videtis tamen quid ratio suadeat faciendam. At vero si rationi adjungas fidem & religionem, si divinæ auxiliæ gratiæ, si sacrum Montis scripturarum, si probata sanctorum exempla, si excenta quæ habemus à Christo motiva sic agendi, quid excusatibus? Quid prætendes? Quid contra oppones. *Quacunque lex loquitur*, inquit Apostolus, *in qua in lege sunt loquitur*, ut omnes obstruantur. Quanto sunt scilicet ad agendum & patiendum plura motiva, tanto minus est excusandi sui fusigium.

Vide in secunda parte totam Hebdomadam, infra Sexagesimam, & præcipue Fecia 3, ubi hæc habetur veritas: *Quod Christus semel suis, hoc in omnitemper casu tibi dicit, Non turbetur cor tuum*. Et in 3. parte Fecia quarta: *Res aduersas non possent quemquam dejicere, nisi se his vellet subjicere*.

Rom. 3.

Job. 5.

Jer. 31.

Iacob. 14.

Ephes. 86

IN EA-

